Universitätsbibliothek Paderborn

Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 10. Emendantur ne omnes spiritus coelestes?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Visual Library

propter nos. Et ab his nominantur, quæ in ipſis præcellunt: non quód alij ordines hoc nõ habeant, ſed quia illi in hoc excellunt, inferiorũ comparatione.

Neq; veró omnes eiuſdem ordinis angeli ſunt æquales, ſed ſicut in ordine apoſtolorum, aut martyrum, alius alio dignior eſt.

Ad hos autem angelorum ordines, homines ſaluandi aſſumentur, & per hoc, decimum dicuntur efficere chorum.

Saluabuntur etiam tot ex hominibus ſecundum Gregorium, quot ex angelis perſtiterunt. Quod nec Auguſt. abnuit, licét ad minus tot, quot ceciderunt, ſaluandos putet. *Hom. 34.* *Enchir. c. 29.*

Caput 10.

Emendantur'ne omnes ſpiritus cœleſtes?

De angelorum miſsione & aſſiſtentia variant ſententiæ. Nam quidam aliquos mitti putant, alios veró nunquam, ſed ſemper Deo in cœlis aſsiſtere, iuxta Danielis & Dionyſij autoritatem. *Daniel. 7.*

Alij veró omnes mitti, dicunt, eó quód ad Eſaiam de Seraphim (qui ſupremus *Eſai. 6.*

Hebr. 1. premus ordo dicitur) quidam miſſus
Ioan. 1. legatur: & Apoſtolus omnes eos administratorios ſpiritus eſſe commemoret.

At his contrarium eſt, quòd vnus tantùm ordo angelorum, id eſt, nuntiorum dicitur. Ad quod tamen di-
Pſal. 103. cunt, omnes angelos dici quãdo mittuntur. Angeli enim officij nomen eſſe, vt de Michaël & Gabriel, ac ſimi-
Luc. 10. libus patet. Similiter & de dæmonũ
Iob. 46. nominibus, qualia ſunt diabolus, Satan Belial, & ſimilia.

Sed Neoterici priorem ferè amplectuntur ſententiam, omnes præter primos tres ordines mitti dicunt. Et hi Seraph ad Eſaiam miſſum, di-
Eſai. 6. cunt non de ordine ſupremo fuiſſe, ſed ſic dictum propter inflammandi officium.

Angelos autem & adminiſtratorios ſpiritus omnes dici, quia ſuperiores medijs, & hi infimis denunci-
Hebr. 1. ant, quod ad homines perferãt. Vnde per voculã, omnes, nõ niſi eos, qui de inferioribus ſunt, intelligendos eſſe.

Caput II.

Sunt'ne ſingulis hominibus ſinguli angelici additi cuſtodes?

Inter